

idem mansi cum omnibus attinentiis utilitatibus et proventibus ad ecclesiam pertineant memoratam, et cum idem plebanus obtinuerit a domino fundi eosdem mansos appropriari ecclesiae antedictae, supplicavit nobis humiliter et devote, ut eandem donationem seu translationem proprietatis ratificare et decimam supradictam appropriare eidem ecclesiae dignaremur. Cum vero quando a nobis petitur, quod aequitati convenit et a rationis tramite non recedit, id eo benignius nos decet admittere, quo postulanti credimus salubrius provenire, nos eiusdem plebani iustis ac devotis precibus inclinati translationem proprietatis dictorum mansorum in ecclesiam sanctae Mariae virginis factam in Pirn ratam et gratam habentes praesentibus confirmamus, proprietatem decimae antedictae nihilominus ex nunc in eandem ecclesiam transferentes praenominatos mansos ex nunc deo dicamus in dotem ecclesiae saepefatae et invasores eorundem se dei omnipotentis et nostram offensam noverint incursuros. In cuius rei testimonium et robur perpetuae firmitatis has litteras dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum Misnae per manus Herbordi notarii nostri custodis Wurzinensis anno domini millesimo ducesimo nonagesimo sexto quarto Nonas Septembris pontificatus nostri anno quarto. Testes huius sunt Erkenbertus canonicus Misnensis, Henricus canonicus sanctae Crucis Wrattislaviensis, Conradus dictus de Domina nostra perpetuus vicarius ecclesiae Misnensis, Henricus plebanus de Kamenz, Vlricus plebanus in Lubenitz et alii quam plures fide digni.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Pirna. Das an einem Pergamentstreifen befestigt gewesene Siegel des Bischofs ist abhanden gekommen.

Horn Handbibl. S. 195.

#### No. 10. 1298. 22. Nov.

*König Adolf genehmigt den von Bischof und Kirche zu Meissen bewirkten Verkauf der Stadt und Burg Pirna an den König Wenzel von Böhmen und spricht die Einverleibung Pirna's in das Königreich Böhmen aus. Datum in Nurenberch anno domini millesimo ducesimo nonagesimo octavo X<sup>o</sup>. Kalendas Decembris duodecimae indictionis regni nostri anno primo.*

Codex dipl. Saxon. reg. II. 1 p. 256.

#### No. 11. 1299. 8. Sept.

*Erbrogt, Burgermeister, Rathsteute und Geschwoerne der Stadt Pirna urkunden, dass Hugo Sohn des Johannes Schneider (Sartor) zu seinem Seelenheil 5 Schillinge Pfennige j. Z. von einem Garten vor der Stadt zu Stiftung einer ewigen Messe von der h. Dreifaltigkeit in der Stadtkirche der Pfarre überwiesen hat.*

In nomine domini amen. Henricus advocatus hereditarius, Henricus Holzcapfel magister burgensium, Henricus Nowus hospes, Johannes de Ditterichespach, Waltherus Sartor, Henricus Faber, Henricus Calvus, Theodericus Latrator, Henricus Fochel, Cunradus et Johannes Laniatores, Hermannus de Wildenstein, Hermannus Pilleator consules et iurati necnon universitas civium in Pirna universis Christi fidelibus ad